

Michael Geringer

Genealogia Illustrissimorum ac Celsissimorum Ducum Brunswicensium & Luneburgensium, lineae Zellensis

Zellis: Typis Holweinianis, 1630

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791368572>

Druck Freier  Zugang






~~XX. XII. 12.~~

35^a 6.

L. Lorbally

N^o - 1169¹⁻¹²

<16. Th. >



8

GENEALOGIA
Illustrissimorum ac Celsissimo-
rum Ducum Brunsvvicensium
& Luneburgensium lineæ
ZELLENSIS,

Scripta

per

MICHAELEM Seringer in Hoyer/
Sac. Rom. Imperij Vasallum.



ZELLIS
Typis HOLVVEINIANIS.

ANNO MDCXXX.



REVERENDISSIMIS ILLUSTRISSIMIS
Celsissimis Principibus ac Dominis,

Dn. CHRISTIANO,
Electo Episcopo Mindensi.

Dn. AVGVSTO, Electo
Episcopo Ratzenburgensi.

Dn. FRIDERICO, Electo
Præposito Bremensi.

Dn. MAGNO,

Dn. GEORGIO,

Ducibus Brunsvicensibus & Lüneburgensibus

FF. german.

Dominis meis clementissimis

Subiectissime inscribo

Michael Geringer.



A Z O IV.

MArchio Estensis, ex prima uxore Cunisa,
VVelphonis IV. Boioariæ Ducis filia, genuit
in cætera prole VVelphonem filium:

VVELPHO.

DUx Boioariæ, Carinthiæ^a & Spoletanus, Prin-
ceps Sardinia, Marchio Estensis, Tuscaniæ & Ve-
ronæ, ex secunda conjugè Iuditha, Baldvini Flan-
driæ Comitis filia genuit filios Henricum cognomine
nigrum, VVelphonem, Sigbertum & filiam.

HENRICVS der Schwarze.

DUx Boioariæ, conjugem habuit VVulffhildam,
Magni Ducis Saxonie filiam, quæ ex hæreditate
paterna marito attribuit castrum Lüneburg/ cum sua
provincia: utraq; allodialia. Provinciam Herman-
nus Dux Saxonie, filius Billingi Comitis, Ducum Sa-
xonie conditor novus, ab Otrone Magno Imp. Rom.
dono accepit, & castrum Lüneburgum extruxit. Cu-
jus filij: Henricus der Stolze/ VVelpho, Cunradus,
& filia IV.

HENRICVS der Stolze/ Löw/
Welfh.

DUx Boioariæ & Saxonie, Archidapifer atq; Ar-
chimarſcallus S. Imperij, Princeps Elector, à qui-
busdam

busdam Imperij Rom. Ordinibus in Imperatorem Romanum creatus. Ob strenuitatem contigit sibi cognomen des *Stolzen*/quod strenuum, non superbum ceu imperti existimarunt, notat: ut *stolze Ruhe/ stolze Leute/ Hoffe stolze*. Hartvvigus Comes Hoiensis, cum anno IESU CHRISTI 1156. patria ab hostibus urgeretur, cives Hoienses ad vires sumendas hortabatur: *Wanne stolte Lüde wille gy my de Hogen affwinnen laten*. Factionem Guelforum & Gibelinorum, quarum illa Romano Pontifici, hæc Romano Imperatori in Italia adhuc adhæret, introduxit. Conjugem Henricus habuit Gertrudem, filiam Lotharij Saxonis Imperatoris Rom. qua hæres factus est civitatis *Braunschweig* & provinciæ circumsitæ, quæ allodij natura infecta, ac à *Vvedekindo* Saxonum Rege à Carolo Magno Imp. in ordinem redacta, provincia, successione hucusq; derivata; civitas verò *Brunsvviga* à *Brunone* & *Danckvardo* FF. Ducibus Saxonix familiæ *Vvedekindianæ* condita fuit. Ejus filius unicus:

HENRICVS der Löw/
grosse Löw.

DUX Boioariæ & Saxonix Archidapifer & Archimarescallus S. Imperij Princeps, Elector, Episcopatum *Lubecensis*, *Sverinensis* & *Ratzenburgensis*, nec non *Tyransalbinorum* ab Oceano in *Pomeranos* usq;

usq; Dominus. Vxores habuit duas: prima erat
Clementia Zaringiae Ducis filia, ex qua nati filius, qui
infans obiit, & filiae II. altera Mechtilda, Richardi
Angliae Regis soror, Henrici Regis filia, ex qua nati
Henricus, Luderus, Otto, Anonymus, & V Vilhelmus,
nec non filiae III. Henricus primogenitus, *der Gange*
cognomine, duxit Cunradi Comitis Palatini Rheni
gnatam Agnetam, & ab Henrico VI. Imp. Rom. de
Comitatu Palatino Rheni investitus, ex ea filium Hen-
ricum qui puer obiit, & filias Eilicam atq; Agnetam
suscepit. Qua mortua duxit Agnetam Marchionis-
sam Landsbergensem ex qua prole caruit. Ex filia-
bus Agneta nupta Ottoni Duci Boioariae, non solum
cum Ducatu Boioariae Comitatum Palatinum Rheni
conglutinavit, sed omnium quotquot praesenti aetate
vivunt Illustrissimorum Ducum Boioariae & Comi-
tum Palatinorum Rheni, Serenissimi Archidapiferi
& Principis Electoris mater est. Luderus secundo-
genitus, juvenis vitam cum morte commutavit. Ot-
to tertio genitus Imperator Romanus electus & coro-
natus fuit, æmulum Philippum Suevum Imp. vita su-
perans, ejusq; filiam unicam cum 350. arcium dote
conjugem ducens, atq; leges Imperij Rom. à Carolo
Magno eo latas in comitiis restituens ex conjugibus
duabus prole caruit.

VVILHELMVS Schlachtschwert/
von Winton.

POSTquam pater Henricus Leo Ducatibus atq; Electoralibus potestatibus, Boioariae, & Saxoniae quidem utroq; Ducatu, VVedekindiano & Billingiano, privatus fuerat, Dominium etiam in Episcopatus Lubecensem, Sverinensem & Ratzenburgensem ad Imperatorem reversum, & Transalbinos feudales subditi à VVoldemaro Rege Daniae subacti erant, parens vero apud Henricum VI. Imp. in gratiam quidem intervenientibus Imperij ordinibus venerat, sed pactis conventis Imperator nō stabat, VVilhelmus ultimogenitus Henrici Leonis filius, augustale in bonis suis allodialibus Luneburgi constituit, uxorem ducens Helenam, VVoldemari Regis Daniae filiam; unde magna spes incessit Transalbinos de VVilhelmo patris loco sibi imperaturo. Soboles ipsi erat filius:

OTTO das Kind.

Ottonem de Luneborg sese, & ab aliis sic appellatus est. Quia odium quod de honore Imperatorio atq; potestate inter Suevorum Ducum propagationem & Ottonis hujus familiam à proavo Henrico den **Stolken** æmuloq; de Imperio Rom. Cunrado III. Imp. captum XCI. annos duraverat, ordines Imperij Imperij saluti studentes, egerunt, ut commissio
anno

anno IESU CHRISTI 1234. decerneretur, qua Otto-
cum Suevorum Ducum genere reconciliaretur, in
quo præter Ottonem IV. Rom. Imp. Ottonis hujus
patruum, imperatorium nomen eousq; solo confede-
rat; quamobrem ne id quod Lothario Imp. Hen-
rici des Stolzen Ducis Boioaria & Saxonie socio
defuncto status rimuerant, nempe si Henricum S.
Imperio præficerent, imperatoria dignitas hæredita-
ria fieret, Suevis concedere viderentur, familiam Ot-
tonis hoc nomine gravissimè afflictam, quasi in pri-
stinum honorem quodammodo restituere cupive-
runt, atq; urserunt, ut anno insequenti 1235. in Co-
mitiis Moguntinensibus frequentissimis, oblatâ pri-
mùm proprietate Romano Imperio, ex civitate Brun-
svviga & castro Luneburg, eorumq; pertinentiis, u-
nus Ducatus & unum Imperij regale feudum à Fride-
rico II. Imp. Duce Suevia, construeretur, isq; ad
masculos & foeminas transiret, Otto verò de Lune-
borg illius primus Dux esset: Quod factum. Iccirco
Otto hic omnium & singulorum Ducum Brunsvi-
censium & Luneburgensium communis parens atq;
stipes effectus est, licet familia hoc honore multo sit
antiquior. Conjugem habuit Mechtildam, Mar-
chionissam Brandenburgensem, quæ peperit filios
Albertum, Iohannem, Ottonem Episcopum Hilde-
fensem, Cunradum Episcopum Verdensem, & Hul-
dericum in pueritia mortuum, nec non filias V. Ex
filiis

filiis Albertus & Iohannes Ducatum recens constitu-
tum ad numerum provinciarum duarum allodialium
ex quibus conflatus erat, inter se dispescuerunt, ut
Alberto esset Brunsviga cum una, Iohanni Lunebur-
gum cum altera, qua & Zella comprehendebatur
Ducatus parte jam feudalibus. Ex Iohanne descen-
dit linea Luneburgensis, eo quod augustale suum Lu-
neburgi habuerat sic dicta, quæ in Iohannis nepote
VVilhelmo, uti sub Magno juniore infra explicabi-
mus, interijt. Ex Alberto verò linea progermina-
vit Grubenhagensis à primo augustali arce Gruben-
hagio ite nuncupata, quæ in Philippo Duce anno I E-
su CHRISTI 1596. 4. d. Aprilis consecuta est.
Deinde Göttingensis, in Ottone monoculo Duce
anno I E S U CHRISTI 1463. expirata, post in VVil-
helmo Seniore, mit den sieben Hauptschlachten
Streibahr/ Gottes kühn cognomine, lineæ VVulf-
fenbüttelianæ iterum quidem coepta est, sed fratre
Henrico VVulffenbuttelii mortuo VVolffenbutteli-
um VVilhelmus concessit & filiis, VVilhelmo Got-
tingensem, Friderico novam inter sylvam Dester &
fluvium Leine partem assignavit; Friderico autem
sine liberis, & parente VVilhelmo Seniore VVolf-
fenbuttelii denatis, junior VVilhelmus etiam VVolf-
fenbuttelium aulam suam transtulit: A cujus filijs
Henrico & Erico divisio facta, qua Henrico obvenit
VVolffenbuttelica, Erico cætera pars. Hic Ericus
quod

quod Calenbergi resideret linea suæ deinde Calen-
bergensis nomen attribuit, quæ in filio Erico Iuniore
anno IESU CHRISTI 1584. 7. Novembris, emor-
tua est. Tum Brunsvvicensis, quæ translato Augu-
stali à Ducibus Brunsvvigâ VVolfenbuttelium &
Zellam, nomen perdidit. Tum ex hac Zellensis,
VVolfenbuttelensis, Harburgensis, Dannenber-
gensis, Hirtzackeriana, & Hertzbergensis. **Quem**
Albertum subjungimus.

ALBERTVS der grosse

Conjuges habuit II. Alteram Elisaberham, Hen-
rici des Frommen Ducis Brabantia filiam: al-
teram Marchionissam Montis ferrati; ex prima pro-
le donatus non est; ex secunda nati sunt Henricus **der**
Wänderliche/Albertus **der Feiste**/VVilhelmus, Cun-
radus, Luderus, Otto & filia. Cunradus & Lude-
rus ordinem Iohannitarum, Otto templariorum as-
sumere. Albertus parens se vivo partem suam Du-
catus in filios divisit.

ALBERTVS der Feiste.

Eius conjux erat Richense Principissa sive Domina
de Werl & Wenden/ex qua nati Albertus Episco-
pus Halberstadenfis, Henricus Episcopus Hildesien-
fis, Luderus Magister Borussia, Otto, Magnus, Erne-
stus, Bruno & filia. Otto, Magnus & Ernestus hæ-
reditatem parentis ita separarunt, ut Ottoni contin-
geret Brunsvviga, cum una Magno altera, Ernesto,

B

Ger.

Gotinga cum tertia parte. Otonie ex duabus con-
jugibus liberos non habente Magnus partem fratris
defuncti occupavit.

**MAGNVS der Eltere / Fromme / zu
Sangerhauffen / Grosse.**

Conjugem eligebat Agnetam Marchionissam
Landsbergensem, ex qua genuit filios IV, Otto-
nem, Ludovicum, Magnum & Albertum Archie-
piscopum Bremensem, nec non filias IV, Residebat
Sangerhausij, de quo & reliquis uxorijs bonis à Ludo-
vico ultim. Imp. Rom. investitus est annò I E S U
CHRISTI 1333.

**MAGNVS der Jünger / mit der silbern
Ketten / mit der Ketten.**

Filius erat Magni Senioris, uxor Catharina Electo-
ris VVoldemari Brandenburgensis filia; ex qua
genuit Otonem Episcopum Verdensen, Fridericum
Regem Rom, Bernhardum & Henricum, Magno im-
perante defecit linea Lunenburgensis in VVilhelmo,
qui etsi IV. conjuges habuerat, liberis tamen carebat
masculis, filias genuerat duas, quarum una Otoni
Duci Saxonie, altera Ludovico Duci Brunsvicensi
& Lunenburgensi, Magni hujus fratri nupserat. Qua-
re VVilhelmus ex altera filia nepotem Albertum
Ducem Saxonie eiusq; agnatos istius lineæ, scripsit
hæredes, Carolo IV. Imp. investituram conferente, li-
neasq; primi acquirentis Grubenhagensem, Brunsvi-
censem

centem, Göttingensem exclusit; post melius edoctus,
quod alteram gnatam Mechtildam Ludovico Duci
Brunsvvicensi & Lüneburgensi linea Brunsvvi-
censis agnato suo desponderat, illum ex Ducatu
partis suæ ordinum suffragio & præstito juramen-
to subjectionis instituit. Ast Ludovico post sine ma-
sculis denato, ejus fratrem Magnum *den jüngern mit
der silbern Ketten/ mit der Ketten/* cogn. partis hu-
jusce locum tenentem ordinavit, qui VWilhelmo de-
functo istam sibi subdidit. Hinc prælia cum Saxoniz
Ducibus orta, quod ij Caroli IV. Imp. autoritate freti,
jus à primo acquirente Ottone quaesitum Magno eri-
pere conarentur, sed confraternitate inter utramq;
progeniem inita, pax parti Magni reddita fuit. Et si à
Cæsare hæc confraternitas authenticata fuisset, Du-
catus Saxoniz & Electoralis dignitas Anhaltinis po-
stea statim defunctis, ad Duces Brunsvvicenses & Lu-
neburgenses, quorum familia retro ea inhælerant, re-
versa essent. Magno Lüneburgensem partem occu-
pante, partes Ducatus Brunsvvicensis & Lüneburgen-
sis, exceptis Grubenhagenensi & Göttingensi in linea
Brunsvvicensi coivere. Quamvis verò Fridericus,
Bernhardus & Henricus sibi debitas Ducatus partes
diversimode cum diviserant tum reuniverant, tan-
dem tamen mortuis Friderico absq; sobole & Henri-
co; Bernhardus pro se quod aiunt, & filiis suis, nec
non VWilhelmus & Henricus defuncti Henrici filij an-
no I E S U C H R I S T I 1428. easdem ita dispescuerunt,
ut Bernhardus Lüneburgensem, VWilhelmus & Hen-

neus Brunsvvicensem hæreditario possiderent & gubernarent, nisi quando altera prosapia amplius non esset, eius pars ad viventem spectaret:

BERNHARDVS der Elter.

Filius Magni junioris tertio genitus maritam habuit Margaritam Ducis VVenceslai Saxonie ultimi sue gentis à Carolo IV. Imp. de parte Luneburgensi per sub: & obreptionem investitæ, filiam, ex ea suscepit Ottonem, Fridericum & filiam. Augustale suum Zellæ habens lineæ Zellensis aurorest. A supra commemorata anni 1428. divisione usq; titulus singulorum Ducum Brunsvvicensium & Luneburgensium peræquè ferè idem fuit: Ne scilicet ex variatione tituli unum hunc Ducatū duplex feudum esse quis arbitraretur. Retro enim tū Duces Brunsvvicenses; tū Luneburgenses; tū Luneburgenses & Brunsvvicenses; tum ut ab anno 1428. potissimum Brunsvvicenses & Luneburgenses sese scripserant. Cujus consuetudinis causæ sunt: vel quia in literis Ducatus investituralibus familiæ huic titulus non assignatur. Fridericus II. Imp. recens creatum Ducem Ottonem, non nisi Ducem Brunsvvicensem, quem ante Ducalem hanc dignitatem Ottonem de Luneborg nuncupavit: vel quia primus acquirens ante Ducalem honorem semetipsum Ottonem de Luneborg scripserat: vel ad internoscendas lineas variatum, ita Ernestus Christianissimus lineæ Zellensis, Augustana confes-

siōni

Noni anno Iesu Christi 1530. Ducem Luneburgensem
subscripsit. Idem in latino exemplari ejusdem confessionis
frater Franciscus Giffhornij Residens fecit; vel brevitatis
causa, quod Maximiliano I. Imp. animadvertente, majores
Germani de titulis non magno perè laborarint: Ideoq; deniq;
vel quod cū ex civitate Brunsviga & castro Luneborg cum
pertinentijs suis unum fuisset conflatum Imp. Rom. feudū
& unus Ducarus, perinde existimarint esse sive prius Brun-
sviga sive Luneburgi in titulo Ducali fieret mentio.

OTTO der Grosse / hincfende / mit dem schieben oder schlimmen
Beine von der Seite.

Bernhardi filius primogenitus duxit Elisabetham Her-
manni Ebersteinij Comitiss ultimi filiam unicam, quo
matrimonio comitatus Ebersteinus Ottoni huic contigit
a. 1515 obiit.

FRIDERICVS der Gottsfürchtige.

Alter Bernhardi filius, habuit conjugem Magdalenam E-
lectoris Friderici Brandenburgensis gnatam, ex qua nati
Bernhardus, Otto & filia.

BERNHARDVS der Jünger.

Friderici primogenitus conjux cujus erat Mechtilda, Ot-
tonis comitis Holfatiz & Schaumburgij filia, orb⁹ sobole.

OTTO der Grofmütige.

Friderici secundogenitus conjugem duxit Annam, Jo-
hannis Nassoviz Comitis filiam ex qua genuit unicam
prolem Henricum.

HENRICVS der Jünger.

Otonis filius unicus subditis imperavit 54. annos, in u-
xorem delegit Margaritam Ernesti Electoris Saxoniz
filiam, qua nati Otto, Ernestus, Franciscus & filia III. Otto
primogenitus, fundator est lineæ in parte Luneburgensi
Harburgensis, Harburgi augustale suum construens, cujus
nepotes ex Hedvige Ennonis Frisiz Comitis filia sunt ca-
eteris denatis, Illustrissimi ac Celsissimi Duces Brunsvigen-

cel & Luneburgensis, VVilhelmus & Otto FF. VVilhelmus varia scientia atq; prudentia Dux, coelebs ditionem gubernat: Otto in eadem arce Harburg, degens, uxorem duxit Hedvigen, Julij Ducis Brunsvicensis & Luneburgensis filiam, prole orbus.

DEUS ALTISSIMUS Cel.^{nib.} Sis. omnia det prospera & salutaria!

ERNESTVS der Christliche.

HENRICI Junioris secundogenitas habuit conjugem Sophiam, Henrici Ducis Mecklenburgensi gnatam, ex qua suscepit Franciscum Ottonem, Fridericum, Henricum & VVilhelmum, filias autem VI. Augustanz confessioni anno JESU CHRISTI 1530. subscripsit, & eam Carolo V. Cæs. una obtulit, postquam subditos suos huic Religioni assuefecerat. Franciscus Henrici tertio genitus Giffhornium Ducatus se contulit, uxorem habuit Claram, Magni Ducis Saxoniz, Angaria & VVestvaliz filiam, & ex ea filias II.

FRANCISCHUS OTTO.

Duxit uxorem Elisabetham Magdalenam Joachimi II. Electoris Brandenburg, filiam, obiit *20. 15. 1555.* Francisco Ottone imperante lata in Comitibus Augustanis anno JESU CHRISTI 1555. est pax religionis, in qua cū S. damit auch obberürte beyderseits religionen verstante, &c. Statibus Imp. R. Augustanam confessionem profitentibus secularibus, Episcopalis dignitas, autoritas, jurisdictio atq; Episcopalia jura in sua territoria conferantur. Duces quoq; Brunsvic. & Luneburg. titulum Rev. mi. atq; nomen Episcopi per Ducarum suū Brunsvic. & Luneburg. adepti suere. Ejus frater secundogenitus Fridericus in pugna ad Severshusen occubuit. Tertio genitus Henricus autor est linearum in parte Luneburgensi Dannenbergensis & Hitzackerianæ. Dannenbergæ patri suæ imperat filius Henrici primogenitus, Julius Ernestus Dux Illustrissimus ac Celsissimus, cujus prima conjux erat

erat Maria Comitissa Orientalis Frisiae, quae peperit filium
Sigismundum Augustum & filiam Annam-Mariam: filio
breui post denato, filia in virginalibus annis superest: secun-
da est Sybilla V. Wilhelmi junioris Ducis Brunsvyic. & Lune-
burg. filia, ex qua haecenus liberos non accepit. Hitzackeris
Illustrissim^o & Celsissim^o Dux Augustus ex Ductu sua par-
tem moderatur, conjugem duxit Claram-Mariam, Bugislai
XIII. Ducis Pomeraniae filiam; qua defuncta, Dorotheam
Principissam Anhaldinam, ex qua nati Henricus Augustus
infans duorum annorum mortuus, & Rudolphus August^{us}
adhuc in-vivis, nec non filiola. Deus ineffabilis misericor-
diae utraq; lineas fecunder ac protegat.

VVILHELMUS der Jünger.

ERNESTI des Christlichen filius natu minimus conjugem
duxit Dorotheam, Christiani III. Daniarum Regis pi-
entissimi filiam, ex qua genuit Ernestum, Christianum, Au-
gustum, Fridericum, Magnum, Georgium, Johannem, Jo-
hannes anno IESU CHRISTI 1628. 27. Nov. pie obiit. Et fi-
lias: Sophiam nuptam Georgio-Friderico Marchioni Bran-
denb. Anspacensi; Elisabetham, Friderico Comiti zu Ho-
henloß; Dorotheam, Carolo Comiti Palatino Rheni; Cla-
ram V. Wilhelmo Comiti Schvvarzburgensi; Annam-Vrsu-
lam; Margaritã, Casimiro Duci Saxoniae Coburgensi; Ma-
riam; Sybillam, Julio-Ernesto Duci Brunsvvicensi & Lune-
burgensi lineae Dannenbergensis: Ex his Sophia, Dorothea,
Clara, Margarita & Sybilla supersunt. Supersunt divino so-
latio ac ope quam diutissimè!

ERNESTUS der Beständige.

VVilhelmi junioris primogenitus, Princeps desidera-
tissimus, imperavit annos 14, obiit in nuptus.

CHRISTIANUS.

VVilhelmi junioris secundogenitus, electus Episcopus
Mindensis, 64. aetatis annu & coelibem vitam Zellæ
agens

agens, subditos pio, iusto atq; moderate imperio regit.
Quod imperium excepta Ducatus parte, quam gubernat,
Grubenhageni, & ex circulo S. Imp. V Westphalico integris
Comitatibus Dieffholtzenfi & Bruchhufano, nec non Co-
mitatus Hoiensis certo districtu, est in III. praelaturas LXXI.
nobilium familias, & XIV. exceptis arcibus, civitates: Coc-
nobiam monialium quorum VI. in Ducatus hac parte sunt,
ad comitia non citantur. Vivunt cum Cel. ^{dine.} S.^a in una
aula FF. Augustus elect^{us} Episcopus Ratzenburg. Fridericus
electus Praepositus Bremensis, & Magnus ad gratiarum acti-
onem erga Deum summa & admiranda concordia, Illustris-
simus ac Celsissimus Georgius, Dux Brunsvic. & Luneburg.
Herzbergæ versus sylvam *der Harz* augustale suum, & con-
jugem habet Celsissimam Annam- Eleonoram, Ludovici
des Garren Hassia Landgravij filiam, ex qua nati Christi-
anus Ludovicus, Georgius- V Wilhelmus, Iohannes-Fri-
dericus, & Ernestus- Augustus, nec non filia III. Magdalena
ut nata ad coelestem aulam ascendens, Sophia- Amalia &
Dorothea- Magdalena. IEHOVA DEUS, Principum & po-
testatum Fons & Dominus, Illustrissimos ac Celsissimos
Duces Brunsvicenses ac Luneburgenfes Zellenfis, & ex ea
derivata Hertzbergensis linearu spiritu suo sancto, & omni
felicitatis genere, ad sui nominis gloriam, Ecclesiae suae salu-
tem, Imperij Romani incolumitatem, ipsorummet felici-
tatem atq; subditorum fausta commoda, quoad dies coeli
durent, regat atq; conservet!

Quo vero lector amice Genealogiam Illustrissimo-
rum & Celsissimorum Ducum Brunsvicensium & Lune-
burgenfium omnium habeas linearum, eam compendio
hoc subungere tibi volui: in qua verò solimmodo Duces
Regentes & familiam derivantes videbis.

Otto das

Ot
Du
net

Alb
E

Alb
S

Mag
2

Magn
Zeit

Stedingische Linie

Bernhardus.
|
Fridericus der
Gottesfürchtige.
|
Otto der Groß-
mütige.
|
Henricus der
Jünger.

Ernestus der
Christliche.

Wilhelmus
der Jünger.

Henricus.
|
Angustus.
|
Iulius-
Ernestus.

Sisterische Linie

Dammberg Linie

Christianus
El. Episco-
pus Mindé-
fis, Regens
Dux;

L. Filius,

Henricus der
Wunderliche.

Ernestus.

Albertus

Ericus.

Albertus.

Philippus.

Philippus
† 1596.

Otto

Otto

Wilhelmus
Reges
Dux,

Otto


Angustus.

Iulius-
Ernestus.

Henricus der Wunderliche Linie

Barbara Linie


Otto das Kind/ Primus
Dux Brunsvvicensis & Lu-
neburgensis.




Ono das 2nd 1794
Das 1794
1794

1794

1794









hereditario possiderent & gu-
altera profapia amplius non
em spectaret :
DVS der Elter.
...riogenitus maritam habuit
Vencellai Saxoniz ultimi suae
de parte Luneburgensi per
restitae, filiam, ex ea suscepit
& filiam. Augustale suum
ensis aurorest. A supra com-
vissione usq; titulus singulo-
ensium & Luneburgensium
Ne scilicet ex variatione ti-
duplex feudum esse quis ar-
Duces Brunsvvicenses; tum
neburgenses & Brunsvvicen-
s. potissimum Brunsvvicen-
e scripserant. Cujus consue-
quia in literis Ducatus inve-
ritulus non assignatur. Fri-
creatum Ducem Ottonem,
vicensem, quem ante Duca-
tonem de Luneborg, nuncu-
quirens ante Ducalem ho-
nem de Luneborg scripserat:
neas variatum, ita Ernestus
ellenensis, Augustanae confes-
sionis

soni anno Iesu Christi 1530. Ducem Luneburgensem
 subscripsit. Idem in latino exemplari eiusdem confessionis
 frater Franciscus Gifhornij Residens fecit: vel brevitatis
 causa, quod Maximiliano I. Imp. animadvertente, maiores
 Germani de titulis non magnoperè laborarint: Ideoq; deniq;
 vel quod cū ex civitate Brunsviga & castro Luneborg cum
 pertinentijs suis unum fuisset conflatum Imp. Rom. feudū
 & unus Ducatus, perinde existimarint esse sive prius Brun-
 svigæ sive Luneburgi in titulo Ducali fieret mentio.

OTTO der Grosse / hinfende / mit dem schieben oder schlimmen
 Weine von der Seide.

Bernhardi filius primogenitus duxit Elisabetham Her-
 manni Ebersteini Comitis ultimi filiam unicam, quo
 matrimonio comitatus Ebersteinius Ottoni huic
 a patre obiit.

FRIDERICVS der Grosse
 A lter Bernardi filius, h
 lectoris Friderici Brand
 Bernardus, Otto & filia.

BERNHARD
 FRiderici primogenitus cor
 tonis comitis Holsatiæ & Sch

OTTO der Grosse
 FRiderici secundogenitus cor
 hannis Nassoviæ Comitis filii
 prolem Henricum.

HENRICVS der Grosse
 Ottonis filius unicus subditis imp
 xorem delegit Margaritam Er
 filiam, qua nati Otto, Ernestus, Franc
 primogenitus, fundator est lineæ in
 Harburgensis, Harburgi augustale suu
 intruens, cuius
 nepotes ex Hedvige Ennonis Frisiæ Comitis filia sunt ex-
 teris denatis, Illustrissimi ac Celsissimi Duces Brunsvicen-
 ses.

